

ARNOLDI  
FERRONI BVR-  
DIGALENSIS REGII  
CONSILIARIU[m] SENATORI AVRDIACANTIS  
IN CONSVENTUDINES  
BVRDIGALENSIVM  
Commentariorum

LIBRI DVO. Num. 45. cap. 5.

Num. . . 28.



L V G D U N I.  
APVD ANTONIVM G R Y P H I V M.

M. D. L X X X V.

Cum priuilegio Regis.

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGYM.





# ARNOLDVS FERRONVS

## GODOFREDO CAVMONTIO PON-

### TIFICI CLERACENSI S.

**P**TIME meriti de hominum genere ut quidem videri debent, Godofredus Pontifex, qui omni suo studio ad communem utilitatem traducto quam maximis beneficis ciuitates afficerunt. Quorum cum duo sint genera: Alterum eorum, qui bellum, alterum qui pacis laude floruerunt: non minori in honore habendi sunt, qui partam a maioribus traditamque sibi Rempubl. consilii, sapientia, legibus consenserunt, quam qui armis ac sanguine pepererunt, aut certe ruerunt. Quanquam profecto si rem ipsam accuratus examinauerimus, inueniemus eundem verisque finem propositum fuisse. Nam certum est illas bella gerisse, ut aliquando in pace vineretur. hos vero non alia quam pacis, ac quietis causa populus leges tulisse: quas si suscepserent, ac seruarent, possent in pace honeste, beatique vivere. Cum enim recta ratio in natura insit, & omnibus ante scriptam legem ullam seculis nata, qua iubet ea que facienda sunt prohibetque contraria summa illa quidem lex iuris legumque condicarum fons & origo, ut in animis hominum corruptela male consuetudinis inualescentibus sit depravata non potuere qui tranquille atque innocentiter sibi vivere induxerunt, ab improborum iniurys liberari, neque adeo inter ipsos potuit improbos conuenire, nisi effrenata horum licentia legibus cohiberetur. Itaque congregatis principio in unu (natura duce) multis hominibus, & membrisque, (quibus sua ipsi tuerentur) conditis, cum malo nec coniunctione natura, nec ciuitatis societate ac sedere ab iniurys abstinerent, cum demum cognitum est, insigne aliquod remedium tamis malis adhibendum esse. Ex quo intelligi par est extinisse praestantissimos homines recta illa ratione, quam in natura insitam doximus, doctrine beneficio preditos, qui ad curam salutis publice revocatis cibibus, haec mala iam longe lateque graffentia esse comprimenda persuasere. His leges primum scripserunt deinde publico consensu ruerunt, que malos puniri afficerent, defendere bonos, communemque ciuitatis statum tucrentur, unde his ciuile orium duxit, sic quidem appellatum, quod ipsius ciuitatis sit proprium. Quo sublatu quid est quo amplius ciuitas dici debeat in condita illa ferociantis ex libidine populi turba? De ciuitate, utilitate, dignitate, praestantia, hoc tantum in praesentia dicam: Non magis sine eo ciuitatem, quam humanum corpus sine mente regi ac gubernari posse. Si tamen factendum est, (ut certe est,) eius esse officium, premio & pena ciuitatem firmare: honesta ciuium studia, honoribus, premiis laude excitando: virtus autem atque fraudes dannis, ignominia, carcere exilio, morte coercendo. Quamobrem complectanda est (mea quidem sententia) omni studio ac charitate eorum virorum memoria, eisque habenda a nobis in

S'ENSUIT LA TENEVRE  
DES COVSTUMES DU PAYS DE  
BOVRDEAVX ET BOVRDELOYS,

arrestées par nous Françoy's de Bélaix, Cheua-

lier, Conseiller, & premier Président

de la cour de Parlement de

Bourdeaux, no,

*Premierement,*

## De l'estat, & droit des personnes.

### Premier Article.

I F I L S de famille exerce marchandise ou autre negociation  
publiquement, se pourra obliger sans consentement de son  
pere es choses concernans marchandise, ou negociation.

Item & aussi apres l'age de vingt & cinq ans, fils de famille qui ont  
demeuré hors la maison & compagnie de leur pere vn an, à ce faire ledit  
pere les soufrant, tenans maison separate du pere, pole qu'ils ne soyent eman-  
cipez, se pourront obliger, ex quacunque caufa. auquel cas ledit fils de fa-  
mille sera tenu pour emancipé.

### III.

Item & la femme ne les enfans ne pourront estre en iugement, sans licen-  
ce des maris & pere respectiuement, sinon es cas susdits qu'ils fussent  
marchans publiques, & maicurs de vingt & cinq ans.

## De Retraict lignagier.

### III.

R A R la coutume en chose vendue, soit de partie à partie volontai-  
re, ou autrement, le plus proche parent de l'estoc, souche, & lignee  
dont prouienent & descendant les biens, les peut auoir pour le  
prix dedans vn an & vn iour. Et si n'en y a de l'estoc, souche, & lignee, les  
autres plus prochains parents les pourront auoir. Et si ledit lignagier ne  
vient dedans ledit an & iour, à compter du iour de la tradition, & appre-  
hension Recelle, de possession de la chose vendue sans fraude, ne la peut  
auoir, ne demander.

### v.

Item le lignagier sera preferé auoir & retenir les choses vendues au sei-  
gneur de fief, & les pourra auoir & recouurer dedans l'an & iour dudit sei-



ARNOLDI FERRONI  
IN CONSVENTUDINES BVR-  
DIGALENSSES COMME-  
N-  
TARIORVM LIBER

PRIMVS.

DE STATV ET IVRE  
PERSONARVM.

Titulus primus.

§. I.

FILIVS A MILIAS qui publicè mercatur, aut negotiatur, absque patris consensu, in his rebus, quæ ad merces, negotiationēmve spectant, obligari potest.



VIDA M sunt filiisfamilias, quidam patresfamilias. In potestate parentum sunt liberi ex iusto matrimonio nati. Et quemadmodum seruus contrahens non iussu domini non obligat eum, ita nec filiisfamilias: arg. à contrario sensu. §. i. & §. quæ diximus. quod cum eo, qui in ali. potest. in Institu-  
tio. Cur autem hic filiisfamilias obligentur, reddi potest ratio quod negotiatio, & mercatura publici iuris gratia sit introducta. l. i. ff. de nundi. in publicis autem causis filiisfamilias loco habentur patresfamilias. l. filiusfamilias. ff. de iis, qui sunt sui, vel alie, iur. & iure civili filiusfamilias ipse ex omni-  
bus causis tanquam paterfamilias obligatur, potestque cogi ad solvendum. l. filiusfamilias. ff. de actionib. & obligat. l. denique. §. sed utrum. ff. de minor. xxv. aut. l. tam ex contractibus. ff. de iudic. Excipitur tamen contractus mutui, ex quo, summa ratione moti legum laores, filiumfamilias obligati poluerunt: quemadmodum nec patrem etiam actione de peculio. l. si filius tuus. C. ad Macedon. §. illud propriæ. quod cum eo qui in aliena est potest. in Instit. idque ideo statutum est, ne ære alieno onerati, vita parentum insidiarentur liberi. Quare nec debitum accipiendo patri, detrahunt paternæ obligations. l. filius. C. de paetis. l. filius. ff. de solut. in ceteris autem negotiis licet ex contractu filiorum ipso iure patres non teneantur, æquum est tamen peculiostenus eos tene-  
ri. §. actiones autem de peculio, de actio. in Instit. Et siue iussu patris contraxerint, in solidum pater tenetur: siue non iussu, si tamen in rem eius verum fuerit, tamen lex introducit actionem, quatenus in rem eius versum sic. l. i. ff. quod cū eo. l. i. ff. de in rem verbo. Et in eo, qui rectigalia conducta habet, cessat hoc ienatusconsultum. l. si quis pa-  
tremsa. ff. ad Macedon. Moribus quoque nostris filius si negotietur, obligatur: nam mer-  
cator filiusfamilias pro patresfamilias habetur. arg. l. sed & h. §. patui. ff. de instit. aet. vt docet An. Sicul. in c. quod quibusdam extra de fidei us. Vnde si mercator filium nego-  
tiari sinat, videtur eius personam, seu legitimi institoris suo assensu confirmare: & ideo ex filij quoque contractibus obligatur. arg. l. Titianus. ff. quod eum eo. l. i. §. magistrum.  
ff. de exercito. aet. l. si permittente. l. Zenodorus. C. ad Macedon. idque probat A. Alcia-



# ARNOLDI FERRONI IN CONSVENTUDINES

BVRDIGALENSIS COM-  
MENTARIORVM LIBER.

SECVNDVS.

## DE TESTAMENTIS.

**R**AECIPVVM humanae infirmitatis subsidium est testamentum, utpote quo cogitationes, adiisque nosci coimplentur tempore, quo domini rerum mortalarum morte esse definitus, l. ff. de test. Sed id est nimis um, quod maxime invandum est: cum in id tempus conferatur, quo ex alienis iudiciis violuntas nostra dependet, atque ideo non immemor legislatores ex mente, ac conjectura plerisque, quod minus aperte a testatore dictum est, proclahunt. Quo tamen loco etiam, atque etiam videndum est, ne dum nimis verba extendimus, in entem ipsam testatoris exclamamus; que in legatis, fidei commissis, substitutionibus, aliisque dispositionibus obseruandis. Orientur enim plerunque species, in quibus & verba ipsa claram dispositionem, & iniuper alio eam alia ratione peritahere videantur velut in hac specie, quā testator substituit Sempronium filio, si decederet in etate pupillari absque prole. Dubitabatur, elicite hec substitutione pupillaris tantum, an etiam ultra tempus pupillaris etatis extenderetur. Ac initio videbatur esse pupillaris tantum substitutione: nam cū substituerit testator, si decederet filius in pupillari etate absque prole, & mori filium in pupillari etate, & sine liberis, in eadem etate suscepis, voluisse videtur. Debuit itaque duplex hec conditio simul impleri, per l. si heredi plures ff. de condit. instit. l. si is, qui. s. cūm ita ff. de reb. dub. Nam & certi juris est, per rationem eatum legum, sub duplice conditione factam substitutionem utriusque eventum requiri: teste Pontano consilio cxxxi. & consilio cxxxviiij Phil. Decio consilio lxxxix. Deinde cū inhibicnerit testator in eum casum, si decederet in pupillari etate sine prole, non videtur cogitasse de eo, qui decederet post pupillarem etatem: atque ideo, cūm omittatur hunc casum, pro omissione quoque ille habendus est, per rationem licet modissimē ff. deliber. & posth. l. si vero s. de viro ff. soluto matrimonio. Ac ne cui mirum id videatur, pupillari etati adiectam prolis conditionem, certe interdum competitum est impuberis filios generasse. Accu. suis in §. tia glof. in verbis potentibus de nupt. in institutionibus. alio argument. ex capit. puberes. capit. à nobis. in fin. capit. de illis. de desponsatio. impuber. glof. xx. questione j. cano. illud autem. Nam & Aristotleles ( vi ea omittantibus, quæde Salomone literis facris traducuntur ) libro de Historia Animalium vii. c. i. impuberes interdum generare, licet imperfectum, atque exiguum sit semen, fatetur: & G. Plinius libro Naturalis Historiae vii. c. ii. apud Macrobius. Indic populos, feminas leprosas patentes, apud alios quinquennas etiam generasse, ex Grecorum innotescit prodidit. Et ita videtur testator expressisse hunc casum solū, quo pupillus liberos haberet. Præterea ubi certum est dispositioni liberorum adiectum est a testatore, tunc illud reponit submoda